

155
12
446

Q. D. B. V.

THESES IVRIS CRIMINALIS

DE

1771 2

CAVSIS POENAM FVRTI ORDINARIAM EXCLVIDENTIBVS

QVAS

PRAE S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O D.

TIT. DE VERB. SIGN. ET REG. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE

I N A V D I T O R I O M A I O R E

DIE XXIII. APRIL. A. S. R. C I C C L X X I .

P V B L I C E D E F E N D E T

CAROLVS GVILIELMVS AVGVSTVS HERING
B V D I S S A L V S A T V S .

VITEMBERGAE
EX OFFICINA GERDESIANA.





DE
CAVSIS POENAM FVRTI ORDINARIAM
EXCLV DENTIBVS.

THESES I.

Furti simplicis confessione ante responcionem ad articulos edita, ^{a)} qualiscunque rei ablatae restitutio poenam ordinariam in Saxonia mitigat. Mandat. Reg. d. d. 27. Iul. 1719. in Cod. Aug. T. I. p. 1902. ^{b)} Quare nulla habetur ratio, vtrum damni reparatio sponte, an fure inuito, ^{c)} ante, an post inquisitionem, Mand. d. d. 18. Ian. 1721. C. A. T. I. p. 1937. ^{d)} ab ipso delinquentе, an a tertio, Rescript. d. d. 26. Aug. 1720. C. A. T. I. p. 1929. vere, an ciuili aestimatione, aut compensatione, Const. Elect. 32. P. IV. in furto magno, an paruo secuta Rescript. d. d. 29. Jun. 1746. ^{e)} cum sufficiat, si laesus per furtum in damno haerere desinat.

- ❧ ❧ ❧
- a) Opp. Constit. Elect Sax. 32. P. IV. quae poenitentiam ante incarcerationem, aut inquisitionem generalem exigere videtur. Sed vide adducta Mandata d. an. 1719. et 1720.
 - b) Qua in re recedere videtur Ius Rom. in L. 54. §. 3. et L. 65. ff. de furtis. Sed a poena Rom. ciuili ad poenam hodiernam capitalem argumentari non licet. Lenius procedit C. C. C. Art. 160. poenam furti ex damno illato aestimans.
 - c) Obst. L. 156. ff. de Reg. Iur. L. fin. C. vnde legitim. Sed vide pr. I. quib. mod. toll. oblig. L. 6. ff. de Appell.
 - d) Quod olim fecus vi Const. Elect. 32. P. IV.
 - e) Quondam dissentiebant BERGER in Elect. Iurispr. Crim. p. 47. et F. A. HOMMEL. in Disp. de mitiganda furti poena ob restituionem rei ablatae. §. 17.

THE S. II.

Pari ratione fur a poena ordinaria immunis est, si dominus rem ablatam ab emtore vindicavit, licet ille pretium huic restituerit, aut hic pretium pro re datum recuperare non possit. Quem ad modum enim intempestiva domini liberalitas, cum pretium sine causa refundit, furi nocere nequit, arg. L. 155. pr. et L. 203. ff. de Reg. Iur. ita emtoris damnum ob euictionem perpesum, magis ex falso, quam ex furto ortum trahit. Nec fraudulendus venditor fur est. BOEHMER in Elem. Iurispr. Crim. Sect. II. §. 178. not. WERNH. P. IX. Obs. 101. F. A. HOMMEL cit. Disp. §. 10. seq.

Dissentient CARPZ. Pr. Prim. Qu. LXXX. num. 51. BERGER in Suppl. ad Elect. Crim. P. II. Obs. 35. MENCK. in Pand. Tit. de Furt. §. 23.

LEY-

LEYSER ad Pand. Spec. DXXXV. med. 13. LUDOVICI in Disp.
de restit. rei furtivae. c. II. §. 13.

THES. III.

Quin remissio seu condonatio per furtum laesi aequalem cum restitutione habeat effectum, non est dubitandum. Mandat. Sax. d. an. 1720. et 1721. ^{a)} Nec refert vtrum iudicaliter, an extrajudicialiter, vltro, an ad instantiam iudicis, pure, an sub conditione, si restitutio non sequatur, facta. Remissio vero sub conditione, in qua adimplenda laesus nullum interesse habet, et cui iudex secundum leges satisfacere nequit v. g. vt fur ad dies vitae ad opus publicum condemnetur, pro pura reputatur. MYLIVS ad BEYERI Delineat. Iur. Cr. Art. 157. POSIT. 55. ^{b)}

^{a)} Opp. L. 18. C. de Transact. L. 7. §. 14. ff. de Pact.

^{b)} Secus sentit ENGAV in El. Iur. Crim. L. I. §. 121. ***. I. S. F. BOEHMER in Medit. ad C. C. C. Art. CLX. §. 9. p. 774.

THES. IV.

Remissio in euentum, si restitutio obtineri nequeat, a femina absque curatoris consensu tam extra, quam in iudicio ^{*)} impetrata, in fauorem liberationis, vitae que humanae, et cum renunciati nullum praejudicium infertur, valida declaratur. HOMMEL in cit. Disp. §. 15.

X 3

Add.



Add. M. H. GRIBNER in Disp. de *Intercessione coniugum in delictis carnis Posit.* 35.

*) Nec obstat Ord. Proc. Rec. Tit. VIII. §. 3.

THES. V.

Mitigatur et furti poena, si de corpore delicti non certo constat, Const. Ele&t. 33. P. IV. vt si ne dominus quidem verum rei furtuae premium iure iurando de veritate indicare vult, ad quod etiam regulariter cogi nequit *) CARPZ. in Pr. Crim. Qu. LXXVIII. n. 64. MYLIVS ad BEYERI Delin. Iur. Crim. Art. 157. seqq. Posit. 45. seq. HOMMEL in Rhaps. Iur. Obs. 279.

*) Dissentit F. A. HOMMEL in Disp. de furro magno eiusque poena §. 8.

THES. VI.

Quamvis Const. Ele&t. Sax. Inedita VI. non de affiniū, sed tantum de consanguineorum et coniugum amotionibus differat, per vsualem tamen interpretationem poena arbitraria et ad illos intra quartum gradum ciuilis computationis constitutos in honorem necessitudinis est extensa, licet etiam affinitas dissoluta fuerit. *) BERGER. in Resol. LL. Obst. Tit. de Procurat. p. 91. IDEM in Ele&t. Crim. p. 48. WERNH. P. II. Obs. 381. n. 7.

*) Nec obstat Ord. Proc. Rec. Tit. VII. §. 3.

THES.

gum

non
inus
e ve-
ne-
My-
45.
§. 8.
affi-
rum
tio-
um
fue-
rat.
Obs.
IES.

STRYCKII V. M. Pand. Tit. Expil. Hereditatis, SCHIL-
TERI ad Pand. Exercit. XLIX. §. 48. BEYERI in Delin.
ad Pand. Tit. Expil. Heredit. extraneum in criminis ex-
pilatae hereditatis poena etiam capitali afficiendum
esse, nec Iuri Civili, nec Saxonico, cum ad furtum for-
male, ut res e possessione alterius auferatur, requiri-
tur, censetur consentanea, nec in foro est recepta.
L. I. §. 15. ff. si is, qui test. lib. esse iuss. erit. L. 43. §. 5. ff.
de Furt. L. I. et. 2. ff. Expilatae Heredit. Ius Prov. Sax.
L. II. Art. 29. L. III. Art. 22. CARPZ. Pr. Crim. Qu.
LXXXIII. n. 82. BERGER in Oec. Iur. Lib. III. Tit. 10.
Th. 6. n. 9. HEIL. in Iud. et Defensore c. VI. §. 60. in fin.

7

THES. VII.

Opinio KRESSII ad C. C. C. Art. CLXV. §. I. n. 3.
STRYCKII V. M. Pand. Tit. Expil. Hereditatis, SCHIL-
TERI ad Pand. Exercit. XLIX. §. 48. BEYERI in Delin.
ad Pand. Tit. Expil. Heredit. extraneum in criminis ex-
pilatae hereditatis poena etiam capitali afficiendum
esse, nec Iuri Civili, nec Saxonico, cum ad furtum for-
male, ut res e possessione alterius auferatur, requiri-
tur, censetur consentanea, nec in foro est recepta.
L. I. §. 15. ff. si is, qui test. lib. esse iuss. erit. L. 43. §. 5. ff.
de Furt. L. I. et. 2. ff. Expilatae Heredit. Ius Prov. Sax.
L. II. Art. 29. L. III. Art. 22. CARPZ. Pr. Crim. Qu.
LXXXIII. n. 82. BERGER in Oec. Iur. Lib. III. Tit. 10.
Th. 6. n. 9. HEIL. in Iud. et Defensore c. VI. §. 60. in fin.

THES. VIII.

Necessitas extrema, quae nulla alia ratione depelli
potest, in auferendis rebus alienis impunitatem prae-
stat. C. C. C. Art. CLXVI. Parum vero hic refert, vtrum
istae propriae vitae conseruandae, an alias causa, quem
quis ex Lege alere obligatur, interuertantur, comesti-
bilia, an aliae res necessitatibus inservientes contrecten-
tur, ^{a)} diuiti, an egenti quid ablatum, ^{b)} fato, an facto
imputabili necessitas ^{c)} summa superuenerit. BOEHMER
in Meditat. ad C. C. C. Art. 166. §. 7.

^{a)} Dif.



- a) Dissentit CLASENIUS ad C. C. C. Art. 166. BERGER in Elect. Iurispr. Crim. p. 54. Sed confer. c. 3. X. de Furt. KRESS. ad C. C. C. Art. 166.

b) Contra sentit GROTIUS in Iur. Bel. et Pac. L. II. c. 2. §. 8. Sed vide PVFFENDORF. de Iur. Nat. et Gent. L. II. c. 6. §. 6. et KOCH in Institut. Iur. Crim. L. II. §. 174. not.

c) Quod negat PVFFENDORF. l. c. TESMAR. et ZIEGLER ad GROT. l. c. §. 6. LEYSER ad Pand. Spec. DXXXVII. med. I. seq. Sed vide BOEHMER in Medit. ad C. C. C. loc. cit.



Wittenberg, Diss., 1770-73
X 2283235



12

B. V.

CRIMINALIS

1771 2

NAM FVRTI
XCLV DENTIBVS

A S

S I D E

G OTTLIEB
L I O D.

REG. IVR. PROF. PVBL.

I.D. ASSESSORE

I O M A I O R E


R. CLOCCCLXXI.

E F E N D E T

AVGVSTVS HERING
VSATVS.

R G A E

ERDESIANA.



Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

